



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regulae Societatis Iesu**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

De ijs, quæ pertinent ad res temporales. Cap. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)

*De ijs, quæ pertinent ad res temporales.*

## C A P. V I.

Fiducia in  
Deum.

58 **M** Agno, & constanti animo speret a  
Diuina bonitate suæ Domui subsi-  
dia temporalia adjicienda, si & nostri ad qua-  
rendum Dei regnum sibi, & proximis serio  
incumbant, & ipse ratione indigentia insti-  
tuti, nostri integritatem violari numquam  
permittat.

P.6.c.2. S. 10. 59 Habeat Procuratorem, qui eleemo-  
Procurator synas petat, cui alios ad eam rem substituere  
eleemosyna- poterit, si necessarium iudicabit, ita tamen,  
rum. vt quam paucissimi in mendicando occupen-  
tur.

P.4.c.2. S. 5. 60 Singulis mensibus à Procuratore ra-  
et p.9.c.3. S. tionem accepti, & expensi præsente Ministro  
4. lit. C. exigat, vt totius Domus administrationis ra-  
A procurato- tio ipsi constet, eamque reddere possit cui, &  
re rationem quando per Superiorem constituetur: caueat  
exigat. autem, ne Domus alieno ære grauetur.

P.6.c.2. S.vlt. 61 In ijs, quæ ad rationem viætus, & alia-  
lit. N. rum rerum vitæ necessiarum, aut conue-  
In viætu, et ve nientium spectant, quamuis curandum est, vt  
stitu modera- communis illa sit, & valetudini nostrorum  
io. accommodata; habenda tamen semper est ra-  
tio humilitatis, paupertatis, ac spiritualis edi-  
ficationis in Domino.

62 Ut

62 *Vt curare debet ne ij, qui in vinea Domini magno cum proximorum fructu se exercent, necessario subsidio priuati maiora bona relinquere cogantur, neue morbo, aut ætate debiles ministerio fraternali caritatis destituantur; ita ijs, qui neutra ratione aliorum indigent opera, adiutores assignare non debet.*

63 *Aegrotorum vero cura habeatur magna, & obseruetur diligenter tam in victus ratione, quam in ceteris quæ medicus præcripsferit.*

64 *Sic cui particulari quidpiam ab extero aliquo mittatur, id in communem usum, accipiatur, ac dispensetur.*

65 *Caveat, ne Domus ipsa, aliquisve Professorum, aut Coadiutorum redditibus Collegiorum, præterquam in rebus minimis vtatur.*

66 *Si quid stabile donatum, legatumve Domui fuerit, Prouincialem admoneat, vt quam primum vendatur, & pretium in usus necessarios iuxta illius iudicium expendatur: temporis tamen opportunitas ad vendendum non est excludenda.*

67 *Lites forenses fugiat, nec ullam in- consulto Prouinciali intentet, nec intentę respondeat, nisi cogatur.*

68 *Si bona alicuius ex nostris distribuen- da essent, si ineundi contractus, si fabrica ali-*

*Qui in vinea  
Domini sub-  
leuandi sunt.*

P.3.c.2.lit.G  
*Aegrotorum  
magna haben-  
da cura.*

Eleemosynæ  
in communi  
dispensandæ.  
In ex.c.1.§.4.

& p.4.c.2.lit.  
F. et p.6. c.2.  
§.3.

Collegiorum  
redditibus nō  
vtantur.  
P.6.c.2.lit.E.  
Stabilia sta-  
tim vendendæ

Can.26 cong.  
2.  
Lites fugiēdæ  
P.3.c.1. §.7.  
et 9. et.can.3.  
congr.2.

**E**xpense extra ordinariæ. cuius momenti, & expensæ extraordinariæ facienda, aut si bona offerantur cum aliqua obligatione, rem ad Prouincialem deferat.

**D**eposita non 69 Depositum pecuniaæ nullum prorsus admittantur. admittat; aliarum vero rerum non nisi cattissime, dummodo sint eorum, quibus multum debeamus, aut alioqui id officij sine magna offensione, denegari non possit.

P. 6. c. 3. §. 3.  
Examinatio  
nostrorum in  
ciuilibus.

70 Neminem ex nostris in causis ciuilibus, ne dum criminalibus examinari (nisi, qui ad peccatum obligare potest, compelleret) permittat absque licentia, quam minime dabit, nisi in causis, quæ ad religionem Catholicam pertinent, aut alioqui pię sint, & ita vni faueat ut non in alterius detrimentum cedant.

P. 6. c. 2. §. 14.  
Quomodo iumento domi  
vtendum.

Ibid. lit. k.

71 Nullum domi iumentum equitandi causa ad usum alicuius de ipsa Societate ordinarie habeatur, nisi aut propter continenter infirmam alicuius valetudinem, aut propter publica negotia, id necessarium, & vrgens iudicaret Generalis.

*De communicatione cum externis, & gra-  
titudine erga fundatores, &  
benefactores.*

### C A P. VII.

Mulierum visi 72 Vlieres inuisere, aut ad eas scribe-  
tatio et literæ. re nisi in necessitate, aut cum spe  
magni